

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quoquis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. XVII. Quam ob causam, & quoties, ex Arcâ Noemus emiderit
columbam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

præcausa est: ii, quodrum vitia tanguntur, in vitiis vivunt, & avaritiam sepulti, aut libidinibus mersi, aut aliis sordibus inquinati, jam caci in vertitum ruunt; peccata, pessimi corvi, oculos eorum effoderunt. Cohortationes & minas omnes negligunt. Digitu monstratur cælum? non vident. Monstratur tartarum? non vident. Deus parentis mitissimus proponitur: neque hunc vident. Et nisi eos Deus iterum celesti gratia inoculet, perdurant caci. Hinc liquet rem esse omnium difficillimam, hominem affluere virtutis, ad virtutis imperium reducere. Si cum præcis Patribus loquendum, facilius est mortuum excitare, quam hominem à consuetudine vitiou revocare. Si tales isti mentis oculos non perdidissent, si possent, aut potius ferri vellent cælum aut inferos, Deum aut æternitatis volunten immensissimum intueri, non difficile forer, illos denio virtuti asserer: sed quia peccatum admirissimum oculos mox admittit, caci ruunt, quia fert imputis, nisi singulari gratia Dei mentis aciem recipiant.

Sophonias vates Hebreus id prædicanus, Ambulabunt, inquit, ut ceci, quia Domino peccaverunt. Ergo ante omnia foras ejiciendus est corvus iste, quod Noëmus fecit: perinde si dixisset: Cernite pulchellam aviculam, quod vos fecellit toties peccatum. Hoc vobis pulchrum videbatur, ut corvorum pulli prius albantes, dein nigrescant. Cavete, vos allicias & seducat, formam menentur, pista est & variè colorata voluptas, haec avis blanditur, mulcet, exhalat, sed appetit tandem, quam deformis & atro fuit hic corvus, qui hominis animum & famam atrox inficit fædissimo. Omnem animi nitorem auferit peccatum, deformitas multò spuriissima. Ut puto venustiori pomo coloris, & odoris, & saporis gratiam subducit, ita quidquid animus virtutis & gratia habet, peccatum eripit, corvus immundissimus, & præscâ lege in eum vetitus. Sunt qui pagina d'ina verba illa, Emittit corvum, qui egrediebatur & non revertebatur, subtilius interpretati dicant: Non alacer evolabat corvus, sed tamquam invictus hoc officii subiret. At ubi cadaver reperit, in arcu redire non sustinuit. Hinc Hebreis natum proverbium: Corvus nuntius, de homine aut tardius aut numquāt redente. Sunt qui principiò verecundiū, & velut inviti peccant, at ubi gratius sibi pabulum reperiunt, irrevocabili contumacia vitis inhærent.

Atque hujus etiam indolis est peccatum, ex hominibus bonis, aut ex optimis facit quandoque pessimos. Peccatum à tergo erubescendum, fœdissimum monstrum, ideo subinde tardiores invenit amatores: egreditur, non evolat corvus. At ubi jaeta est semel alea, & vitium gustatum sapit, altera tertiaque & inde multipli vice reditur. Hinc peccandi crescit audacia, & quod initio subtimide fiebat, jam confidentissime patratur, ab arcâ salutis avolatur longissime; sicut aviculae cœvis elapsa procul avolant, ac si faterentur se non redituras. Ita sensim discimus nequitias, ita ex optimis improbissimi, ex Angelis sunt diaboli. Philosophia id docet & experientia. Omnis mutatio, ut scholæ loquuntur, è contrario sit in contrarium: vinum dulissimum cum degenerat, in acetum acerissimum mutatur; homines moratissimi, cum jugum excutiunt, nequissimi evadunt. Tales in homine mutationes sepe ab ingratu animo ducent originem: cum Dei beneficia non aestimamus, nec de eis gratias Deo meminimus, jure merito divinis auxiliis defituimus, perinde si cui hominum dicatur: Abi hominum ingratisse, indignus es quem Deus donis curauit, canis gravior est pro panis buceâ, quam tu pro beneficiis maximis; abi vecors, & age quod vis: odit Deus ingratos, & arcer.

Deinde ingenia magna raro admodum in mediocritate subsistunt: Hinc plerumque tales aut vitiis aut virtutibus insignes eminent mediocritatis impatientes. Ita avis paradisea corvum induit, Apostolus in proditorem transit, qui sceléstissimos prævolat in olivetum,

Ad capiendum Dominum JESVM. Cassianus Martyr sanctissimus quales corvos educavit, d'apullos, qui stylis ipsum confoderent Magistrum! Hic geminam ex Duplex documentum.

§. IV.

1. **E**xpelle peccatum. Suggestimus suprà : Detestare 1. Expelle peccatum. Nunc magis arduum instillamus, peccatum. Expelle peccatum. Nemo est vigilans conscientia, qui non tam sua quam aliena peccata ut mala maxima detestetur: atrox hujus corvi & ingenium improbus sum non negamus. Scimus, quid nostra nos Catechesis doceat, luxuriam capitale crimen esse non ignoramus. Est qui dicat: Mihi ipsi corvus iste displicer, nihilominus eum ut avem domesticam alo, quod damno, hoc facio; video meliora proboque, deteriora sequor; peccati supplicium horreo, nec tamen peccare desino. Expelle corvum, expelle. Haec avis unica plus gravat arcam, quam ceteræ omnes. Peccatum unicum miserabile reddit hominem, quam miserabile humana omnes Peccatum magni cumulo incumbentes. Idcirco Paulus commonebatur, Deponentes, inquit, omne pondus. & circumstant nos minem, per patientiam curramus ad propositum nobis certam omnen. Omne pondus & circumstant nos peccatum, è penitentia miserabile. Etore ejiciendum, nec enim tantum crimen animi, sed & occasio peccati fugienda: arcerat hic corvus, & non redet. Quid juvat veniam peccatorum consequi, si eadem mox repeatas? Expelle peccatum.

II. Te ipsum circumspice. Num corvum emisisti, ut 2. Te ipsum inde disceret, quantum decrevisset diluvium. Se ipsum circumspice. quique circumspiciat, & interrogat: Ubi sum, quibus, velanimi vel corporis periculis irretitus? Ut se res meæ habent? Num hoc anno probior sanctiorque evasi, et que prioribus fui? Num aliquid in virtutis studio promovi, & quantum? an fortan defeci, factus deterior? quid annis prioribus in virtutum cultu me impedivit? quo potissimum vitio laboravi? quid antiodi in illud adhibui? quam demum parte sum melior? num largius an parcitis: stipe? num rariis male loquo? num infrequentius imprecor? sapiens fleo, an rideo? Num toutes Deum cogito, quoties irascor, & furiosam bilem effundo? Quod tendo? Num eod perverturus sum, quod pervenire cupio? Circumspice te ipsum, an tuum diluvium decrescat, an verò augeat, aut sibi simile permaneat. Fortassis brevi jubebit Deus animum arcâ suâ egredi. Circumspice te ipsum. Proximus est ad æternitatem transitus.

CAPVT XVII.

Quam ob causam & quoties ex Arca
Noëmus emiserit columbam.

NOËMI arca & diluvium præcis tam notum etat, ut in fabulam demum abierit. Hæc origo fabula. Annis ab hoc Noëtico diluvio septingentis festuginta, cum Moyses annam ageret ferè quinquagesimum, Thessalia tota eluvione horribili obruta & submersa periit. Hanc aquatum inundationem Deucalionis diluvium vocarunt, ut supra demonstratum est, & in fabella ludicra redigerunt. Hæc profecto cacoedemonis fuit vafitries, ut diluvii formidabilis historia à Moyle scripta in somniotorum nugas faticeret. Finixerunt igitur hoc Deucalionis diluvio submersum orbem, solùm Thessaliæ regem Deucalionem cum Pyrrhâ conjugé, navi, quæ area diceretur, delatum in Parnassi apicem; emissam etiam ab eis columbam que suo reditu diluvium durare significavit, sed eam sèpius evolantem demum emanasse, in signum eluvionis sopita. Quâ de re in hunc omnino sensum Ovidius:

Et superesse virum de sor modò millibus unum,

Ovid. lib. 1.
Metamorph.

*Et superesse videt de tot modo millibus unam :
Innocuos ambos, cultores Numinis ambos.*

Idem de diluvio jam cessante hæc addit :

*Iam mare litus haber, plenos capit alveos annes,
Flumina subdidit, colleque exire videntur;
Surgit humus, crescut: loca decrecentibus undis.
Postquam diem longam nudata eacumina silue
Ostendunt, limunque tenent in fronde relatum.
Redditus orbis erat, quem postquam vidi apertum,
Et defolatas agere alta silentia terras
Deucalion, lacrymis ita Pyrrham affatur obortis:
Nos duo turba sumus, posseidit cetera pontus.
Nimique ego (crede mihi) si te quoque pontus haberet,
Te sequerer conjux & me quoque pontus haberet.*

Plutarchus Parte tertia de animalium soleritatem refert dilucidat, à Mythologis tradi columbam nuntiam à Deucalione missam. Et sanè, inquit, qui fabulas narrant, ii columbam ajusset ex arcâ emissam Deucalioni certum indicium actualissimum tempestatis, cum rursus ingredere

Philo lib. de tur; seruatis, cùm avolâset. Hebreus Philo non minus aperit: Hunc Greci Deucalionem, inquit, Chaldaei Pœnici post Noam nominant, cuius exate ingens illud diluvium acciderit. Lucianus Christiani dogmatis non ignorans, diluvium & arcam Deucalionis æquè memorat. Quod verò scriptores isti asserant, Deucalionis ævo universum orbem fluctibus obductum, tam scripturæ sacrae, quam ipsi etiam Philosophia adversatur. Deucalion certè contingens pene annis à Noëmo vixit. Deinde nec Plato, nec Aristotle, nec Philosophorum ullus asserit ejusmodi cluionem naturæ libus caussis provenire posse, quæ orbem submerget. Hoc femele duntaxat factum Noëni ævo: vice altera orbis non aqua, sed igne obructetur.

Gen. cap. 8. vers. 8. *De Noëmo facer historicus ita loquitur: Emisit quoque columbam post eum, ut videret, si jam cessasset aqua super faciem terre. Hic explicandum, quoties & quam ob causam emissa sit hæc columba, deinde qui sele illa gesserit, quid exopribilis hic nuntius apparetur, quando emanerit.*

S. I.

Post corvum exploratorem perfidum, Noëmus ter columbam misit nuntiam. Prima eodem proorsus die post corvum abiit, eodemque die redit. Hic Noëmus septem alias dies expectans iterum emisit columbam, quæ vespere non sine litteris, ut dicemus, redit. Expectavit denudo Noëminus alias septem dies, & tertium columbam evolare jussit, quæ in arcam non est reversa. Hatum legationum caussam interpretat Chrysostomus horribilem diluvii formidinem: nec enim Noëminus per fenestram austrum prospicere diluvii metu. Hoc enim objici posset. Cur Noëminus ipse non prospexit, non aquæ subsederint? metus continuuit. Chrysostomi verba sunt: Ecce justus ille nondum per se audet videre, sed corvum mittit, ac per illum apercere vult, an bona rerum mutatio aliqua sit expedita.

Alphonsum Tofattus censet fenestram non magnam & sublimi loco sitam, arcam admodum fusse crassam, unde solum pene cælum suscipi, terra agrè, nec eminus prospectari potuerit. Per aves igitur tabellarias erat explorandum, num aquæ tellurem jam siccam constituerint. Cur autem corvum & columbam, non alias aves exploratorem misit? Haud dubium quin Deus illi singulariter id suggesterit ob significatum & mysterium.

Non pauci asserunt, corvum & columbam longinque ac perseveranter volare, solete quoque rostro aliquid referre, ut columba vice altera in apertum provolans, vircentem retulit olivam. Nam ea quæ primam obiit legationem, loca utique aquis detecta reperit, sed quia omnia etiamnum madida & lutosa, illa munditiem amans, & sordidare pedes recusans, ad fenestram re-

A versa, à Noëmo retracta est. Quod divinus scriptor ita narrat: *Quæ cùm non invenisset ubi requiesceret pes suis, re. Gen. cap. 8. vers. 12. terram, extenditq; manum suam, & apprehensam intulit in arcam. Expectatis autem ultra septem diebus aliis, rursum dimisit columbam ex arcâ. At illa venit ad eum at vespere, portans ramum olive vircentibus foliis in ore suo. Intellexit ergo Noëmus, quod cessasset aqua super terram. Expectavit ergo hilominus septem alias dies, & misit columbam, que non reversa est ultra ad eum.*

Columbia, quæ secundo loco missa evolavit, non ingratis utique pastum invenit, sed sub vesperum frigus noctemque fugiens, ad hospitium notum redit. Fidus iste nuntius, ait Chrysostomus, *bonas attulit litteras, deceptum ex olivâ surculum reportans. Imperatores Romani, si dilectum quam victoriam obtinuerint, laureatas ad Senatum, lit. ad. Gen. cap. 8. vers. 13. laeteras miserunt, ut solus epistole aspectus læcum quid loqueretur. Deus Noëmo epistola vicem columbam misit olivâ insignitam: ex hac oliverâ epistola intellexit Noëmus, quod cessasset aqua super terram.*

S. II.

Inster Noëmus anceps animi habebat, quid statuendum de progressu ex arcâ. Expectavit igitur alias septem dies, & rursus misit columbam tertiam, quæ nuntiaret, quantum aquarum imperium esset immutatum. Mi bone Deus, quid Noëmus crucias? si diluvio decrescente Angelum illi misiles, qui diem egressus indixisset, omni hoc labore superfedere potuisset: quid enim opus sollicitudine tantæ, tor curis? Nimirum sepius inculcandum, quod supra demonstratum est, velle Deum, ut homo pro viribus labore, faciatque quod protest, quod humanis viribus impat, hoc sibi Deus periculum sumit. Deuenimus perfecta sunt opera. Probe igitur noverimus, otium nostrum Deo penitus esse dispergitum. Non desides aut ignavos cessatores, sed quæ possumus, laboris nos socios esse cupit. Labori nos crevit, non quieti, nisi illi, quæ sequetur in celo. Ita Noëmus quatuor omnino nuntios amandavit, femele corvum, ter exploratricem columbam. An una eademque columba ternas legationes istas obicerit, incertum, verisimile unam eamdemque fuisse. Cum volatu primo abiit, lutata redit, maximè pedibus, ait Josephus, ita ne altera viridantem oleæ ramuscum rostrum deportavit. Sed unde frondes huic arbori quæ anno toto jugalaticibus aquæ mersa latuit? Ambrosius mulierum ambigit, num ea ante diluvium frondere cœperit, & sub undis servata has comas non amiserit. Ante diluvium frondisse verosimilius. Nam olea, teste Plinio, iis arboribus accenfenda, quæ per hiemem folia & vires non perdunt. Quod Chrysostomus confirmans, *Olea, inquit, semper vires est. Ex quo facilis conjectura est, diluvium est pleraque omnia humi nascentia eradicit, eam tamen oleam, aliisque arbores quæ minus resisteant aquis, perdurasse. Rabbi somniant hunc ramum ex olivifero Sionis monte, alii ex paradiso sumptum. Somania sunt & nugæ. Eam arborem Deus vivere, sub aquis voluit, ut columba, exploratrum evolatura, reperi quod domum referret in mysterium futuris facilius.*

Tertullianus mysterii non ignarus, *Quemadmodum, Gen. cap. 8. vers. 14. inquit, post aquas diluvii, quibus iniquitas antiqua purgata est, aperte Baptismum (ut ita dixerim) mundi, pacem cœlestem praecolumba terræ adnuntiavit dimissa ex arcâ, & cum olea reversa, quod signum etiamnum apud nationes paci prætenatur. Sicut igitur à primordio imaginis divine præcepit, ita divina pacis præco fuit columba. Nec vero liquere causâ Rex David columbinas alas expertes, *Quis, pf. 14.5. inquit, dabit mihi pennas sicut columba, & volabo, & requestram?**

An non, regum optime, accipitris, aut cygni, aut aquilæ, aut struthionis alæ ad hos volatus longè compodiore

modiores forent? Non sanè, alis columbinis hīc opus est. De celestis sponsi oculis sacer Auletes canit: Oculi ejus sunt columba super rivulos aquarum, que latè sunt lota, & residēt juxta fluenta plenissima. Multæ aves aquis se mergunt, anates, mergi & olores. At verò columba rīvis adidit, & in aquā velut speculo obseruat vulturis, ac milvi, aut aliarum avium volarū, ut ab iis sibi caveat. Istitus volucris alas aptari sibi vult rex David. Si enim sublimē tantum volare volūsset, alas aquilæ pētūsset; si prædām avehere, ardeat; si oculis placere, pavonis pennas sibi quæsūsset. At ille volare desiderat; ut requiescat, & quidem non in aquā, sed juxta aquam. Aquæ multa, homines multi: qui cogitat quiescere, fugiat adire turbas, convivales frequentare mensas, seculari delicias. Beata quies in his diverticulis non inventur. Hīc iterum præceptio[n]es geminae sedul[us] pensi-tandae.

§. III.

Fuge mundi cœnum, fuge latoſas vias, heu fuge crudelētēras. Reperiſſet equidem columba Noëti-
ca aquis extantia loca, sed omnia ubique madida, lu-
tola, lubrica. Has forſea exofa hæc ales, inquinat peſes
noluit, perinde si dixiſſet: Revertar in arcā meā, loco illi meliore hospitor. Quisquis præſentem mundi
ſtatū considerat, vel preſſis etiam oculis, modò auti-
bus apertis, facile percipiet, quām omnes cœno merſi
jacent. In urbibus non pauci juſtitia plane cerea eſt;
torqueri, flecti, ſingi facilis in quacumque partem.
Alibi aperta imperat injuſtitia. Libido nusquam non
regnat & triumphat. Pudicitia paſſim exulat, impuræ
Veneri locis omnibus largiſſime litatur, ad carnis leges
vivit. Qui calum vi rapiant, qui aternitatem ſerio ex-
pendant, vix pauci & pæne nulli ſunt, qui alienam fa-
mam obrecent, ſeipſos non inficiant, innumerii ſunt:
mores improbi, fermones ſordidi, magna ſcelerum uber-
tas: Prætexta & obſcena verba ubique locorum au-
diā. dias: Nemo quod bonum eſt, loquitur. Non eſt qui faciat bo-
num, non eſt iſque ad unum. Conviviorum luxus, veltum
pompæ jam in mores transiunt, non amplius annu-
meranda vitiis: fudores pauperum hauirie, inopum me-
dullas ſugere, jam pervulgatæ conſuetudinis eſt. Hæc
vel cæcis patent. Hoc tali cœno mundus referrissimus.
Praga, Parifi, Roma, urbes maximæ, ſed ſanè lutoſe;
cum pluit, merum cœnum via ſunt. Haud alter mundus ſpurciis & ſordibus exundat. Sed ſicut in illis ur-
bibus ea, que quotidiana ſunt, minùs curantur: ita in
mundo, quod pæne omnes faciunt, vix vitiosum habe-
tut. Inquinate ſunt via illius in omni tempore.

Lex mundi. LEX MUNDI eſt: Qui nocet, noceat adhuc, & qui in ſordi-
bus eſt, ſordescat adhuc. Hanc legem plerique omnes reli-
giolifſinē fervant, & inſignes in neſciis faciunt pro-
gressus. Alter alterum impellit, & ad vetita viam comi-
ter præendo monſtrat. Exemplis mutuis ſuaviflē
perimus. Sunt qui omnia ſuperbiae ac varitiae præcepta
exadūſſimè doceant, ſunt qui ea ſtudioſiſſime diſtant. D
Hic ſepe diſcipulus ſuperat magiſtrum. Non defunt,
quibus hac artificia ſordere incipiunt; cuperent ii in
officiniſ melioribus ſudare, ſed pudore inertiſſimo, aut
conſuetudine multā vinciuntur. Quid agis, ajunt iſi-
ſecum, tu mundi leges non migrabis; hoc plerique om-
nes faciunt, te ceteris sanctiōrem ne crede; hi artibus,
huius viæ modulo affuevit, exuere pellem difficile; hæc
facia aliter non conſtant. Exofa nimis ſapientia eſt, ubi
omnes publicè inſaniunt. Monitum illud non nescio:
Non intrabit in eam aliq[ui]d coquinatum. Excurians ergo
cœnum, ante quam ad cali portam venero. Pergamus
igitur, quo ceepimus pede. Ita qui in ſordibus eſt, for-
deficit adhuc.

Quām longè aliter sapiens rex David, & cœnoſas
mundi voraginiſ declinare cautus, Ab omni viâ mala, in-
quit, prohibiſ ſedis meos. Nec illi ſatis fuerat ſordentes

A vias exiſſe, inſuper & volatū appetens, Quis dabit mihi Ps. 54. v. 7.
pennas, inquit, & volabo: non traham per cœnum pedes,
non mergam me luto, alta & divina meditor, volabo,
plūs conſcientiam & calum, quām pecuniam & pom-
pam curabo.

Fuge mundum, fuge, fuge, quicumque mundus cupis
vivere. Ubi cumque potes, te turbis exime; pessimus ad Peſſimus
virtutem dux eſt populus. Utique quād major eſt popu-
lus cui committimur, hoc periculi plus eſt. Arcta via eſt,
& angusta ſemita quā ducit ad vitam, & pauci inventiunt
cam. Spatioſa via & ampla porta eſt quā ducit ad mor-
tem, ad interitum, multi intrant per eam. Fuge multos,
fuge etiam teipſum, ſi vitiosorum multitudinem sequi-
ris. Ante omnia fuge libidinem, & vel libidinis um-
bram, & omne vitorum cœnum facilius declinabis.
Specioſa ſcelerum porta, detestabilis luxuria. Ego fuge
mundi cœnum, ſi amas cœlum.

11. Pacis tranquillitatem ama. Columba Noëti-
ca ſecondū emissa non vano volatu terras littorū; nec tranquilli-
tatem vacua redit, ſed oleum germe roſtello rapportavit, ^{agam} ama,
velut recentes fructus, novam arboris ſobolem poſt di-
luvium natam. Heu quot in orbe horribiles ſunt, non columbe, ſed corvi, accipitres, milvi, vultures, lapidari
falco[n]es, qui ſemper ſtrictum acinacem noſtro ferunt; quiſquis eos tangit, acinacem ſentit. Hi tales tranquilli-
tatem & pacem animi, quam ipſi non habent, in aliis
turbant & eventunt. Quidquid loquuntur, lapides aut
cultros putes, adeò tumultibus, excandescētia, rixis
omnia miſcent, homines aſeri, altercatores, turbidi,
pugnae, iracundi, litigioſi, litis ſatores, discordioſi, in-
trat̄abiles, qui affidit tumultuantur, currunt, volant,
evaginatum gladium ore ſemper præferunt.

Christus à cruce jam rediſivus quotiecumque ſuis
ſe diſcipulis ſpectandum præbuit, iuſtar placiſimam
columba rānum olivæ ſemper prætulit, cum diſto: Pax Ioan. c. 20.
vobis. Quo ritu & iuſos instruxit, ut in orbem evolatur ^{vers. 21.}

C columbi ſe moribus neimiſſi non probarent: Ejſote Matt. c. 10.
ſimplices ſicut columba. Intrantes in domum ſalutate eam, di-
ſentes: Pax huic domui. Hæc olearum germina ori eorum
iſeruit. Ita qui viſis Christiani ſanguinis, qui ſeſe colum-
bi iſiſtis Christo & Apoſtolis aggregate cupit, olivam
ore ſemper præferat, aduersus omnes placidus, mitis,
benevolus, lenis, moderatus, bonorum verborum lat-
gus, oris mellei, verbo columba ſit, qua nec unguibus,
nec dentibus, nec cornibus pugnet. Christianorum eſt Spinofos
olivas, non ſcorpiones, non taureas præferre, verbiſ ſuſtos
omnia mitigare, inter diſſidentes pacem conciliare. ^{Lora bubula.}

Ruffinus Aquilejenſis rem memoratu digniſſimam Ruffin. diſto
refert de pace inter duos miro artificio conciliatā, quid lib. 3.
Prisci auctoris verba, Lector, fide optimā tibi admiriſſar, ^{vers. 6. apud}
nec voculā quidem mutatā, ne priſca veniſtatis inge- ^{Roffreyd.}
nuam ac ſimpliçem amicitudinem corrumpam. Ruffi- ^{mibi p. 501.}
nus rei geſta narrationem ingressus de verbo ad ver-
bum hæc memorat.

§. IV.

R eferebant ſancti ſeniores nobis dicentes: Quia Ruffin. diſto
fuit quidam monachus in eremo Scithi; venit au- ^{loci apud}
tem ad viſitandoſ ſanctos Patres in loco, qui dicitur ^{Roffreyd.}
Cellia, ubi multitudine monachorum diuſis habitabat
cellulis. Cūque non inveniret ad præſens cellulam
ubi poſſet manere, quidam de senioribus aliam vacan-
tem cellulam dedit ei, dicens: Interim repauſa in hac
cellulā, donec invenias ubi poſſis manere. Cūque ad
viſitandum eum convenienter quām plurimi fratres, de-
ſiderantes ab eo audire verbum ſalutis aeternæ (ha-
bebat enim spiritualē gratiam docendi verbum Dei)
videns ille senior qui ei ad habitandum præſiterat cel-
lam, invidiæ livore cor ejus vulneratum eſt, & indi-
gnari coepit ac diſere: Quoniam ego tantis temporis
bus in hoc loco habito, & ad me non veniunt fratres,

nisi rarissimè, & hoc in diebus festis, & ecce ad istum impostorem p^{ro}p^{ri}e quotidie fratres quamplurimi vadunt; dixitque discipulo suo: Vade & dic ei, ut egredia-
tur de cellula illâ, quoniam necessaria mihi est. Cùm au-
tem perrexisset discipulus ejus ad illum fratrem, dixit ei:
Mandavit abbas meus sanctitatem tuâ, jube ei per me
mandare, qualiter habeas; audiuit epim te infinitari. Ipse
verò remandavit ei, dicens: Ora pro me domine Pater,
quia valde stomachus doleo. Reversus autem discipu-
lus dixit abbati suo: Nimiris rogat sanctitatem tuam, ut
vel duos dies jubeas ei inducias dare, ut possit sibi aliam
cellam provideat. Transtulit autem tribus diebus, ite-
rum misit discipulum suum, dicens: Vade, dic ei, ut
egrediatur de cellula nostra; nam si rursus distulerit, dices
ad eum, quia continuo venio, & cum baculo excedendo
expello eum de cellâ meâ. Pergens autem discipulus ad
superdictum fratrem dixit ei: Quoniam valde sollicitus
est abbas meus de infinitate tua, ideo misit me requi-
rens si melius habeas. At ille respondens dixit: Gratias
ago, domine sancte, charitati tue, quia sollicitus es de
me, verumtamen precibus suis melius habeo. Reversus
autem discipulus dixit abbati suo: Etiam & nunc depre-
catur sanctitatem tuam, dicens, ut usque ad diem Do-
minicum exp̄ctes, & statim egredieris. Cùm autem
advenisset dominicus dies, & non egredieretur, acci-
piens vestem senior, inflammatu invidiæ & iracundiae
spiritu, pergebat, ut cædendo expelleret eum de cellula
sua. Accedens autem discipulus ejus dixit ei: Si jubes,
præcedo te, & video, ne forsitan aliqui fratres ad salu-
tandum eum venerint, & si viderint te, scandalizentur.
Præcessit ergo discipulus, & ingressus ad eum dixit: Ecce
abbas meus venit ad salutandum te, egredere ergo ce-
legius, & cum gratiarum actione occurrere ei, quia pro
nimia charitate & dilectione venit ad te. Qui statim
surgens, cum nimia alacritate occurrit ei. Tumque vi-
disset eum, antequam approximaret ad eum, prostravit
se pronus in terram, adorabatque senem cum gratiarum
actione, dicens: Kerubia tibi dominus, charissime
pater, bona æterna pro cellula tua, quam mihi propter
nomen ejus præstitisti, & in cœlesti jerusalem inter
sanctos suos Christus dominus tibi gloriosam & splen-
didam præparat mansionem. Hæc autem audiens se-
nior, compunctus est corde, & projiciens baculum re-
currit in amplexus ejus, & osculari est eum, & invitavit
illum ad cellulam suam, ut pariter cum gratiarum
actione sumeret cibum. Vocavit autem senior supra
memoratum discipulum suum, & interrogavit eum, di-
cens: Dic mihi, fili, si dixisti verba isti fratri, quæ propter
cellulam mandavi, ut dices ei. Tunc discipulus ejus
confessus est ei, dicens: Verè domine dico, quia propter
humilitatem, quam tibi exhibere debeo, tamquam
patri & domino, ideo non audebam respondere tibi
aliquid, quando me mittebas ad eum: verumtamen ni-
hil eorum dixi ei, quæ mandabas ad eum. Hac audiens
senior, statim prostravit se ad pedes ejus, dicens: Ex ho-
diernâ die tu meus pater es, & ego discipulus tuus:
quoniam te festinante & moderante, ac cum timore &
charitate dei agente, & meam & illius fratris animam
de peccati laqueo Christus dominus liberavit. Pro
fide enim & sancta sollicitudine & intentione discipuli,
qui perfectè in charitate Christi diligebat abbatem
suum, & anxie timebat, ne per invidiæ & iracundiae vi-
tium, aliquid tale ageret patre suis spiritualis, ut perde-
ret omnes labores sanctos, quos ab ineunte ætate in
Christi servitio, pro vita æterna premiis laboraverat;
ideoque dominus donavit gratiam suam, ut in pace
Christi pariter lætarentur.

*Matth. c. 5.
vers. 9.*

Pacis amatores cœle-

Beati pacifici, beati, quoniam filii dei vocabuntur. Et
quemadmodum Noëmo columba oleam ferentis re-
ditus ad arcem fuit gratissimus; ita tales pacis amato-
res, cum veniunt sanctissimam Eucharistiam sumpturi,

A convivæ sunt gratissimi: nam olivam secum afferunt, animum tranquillum & pacatum, qui pacem & in sej^u fum^u pso & in aliis amet ac tueatur.

Sed ea subinde tempora sunt, quibus olivæ ramus unicus haud sufficiat; false opus est. Quisque caurus circumspicit, quibuscum agat, si cum biloſis, frenēbundis, asperis, iracundis agendum, ramis oleaginis compluribus est opus: Reffons mollis frangit iram. Pre-
denti verborum moderatione in amore pacis omnes vix trahendi. Atque hos reverâ dixerat columbas, qui tumultuantum, iracundorum, rixantum medi, nihilominus benigni, mites & pacifici degunt. Èa de se sibi ipsi grati-
latus rex David, Cum his, inquit, qui oderunt pacem, eram p^{ro}p^{ri} pacificus. Hoc artis, hoc virtutis est. Inter quietos & paci-
ficos placidè ac fedatè agere, inter turbatores & impa-
citos turbare & altercari etiam improbi nōrunt; at ve-
rò inter turbidos ac litigatores, inturbidum & quietum
esse, hoc soli nōrunt virtutis amatores. Hæc laudissimæ
sunt columbæ, qua in olivetum evolantur, ubi Christus
cruciatus suos exorsus, tam hostes suos, quam suum di-
scipulum Iscariotem proditorem humaniter & amicè
salutavit. Per hæc vireta dociles columba illa paſcuntur,
hic gemunt, hic amare inimicos discunt, hic se ad
omnem animi tranquillitatem componunt, illud Paulinus sedulò meditantes: *Quod ex vobis est, cum omnibus ad hominibus pacem habentes. Verum pacis studium, summum animi solatium.*

C A P V T X V I I I .

Noëmus ex Arcâ progreditur, &
sacrificat Deo.

A Quarum iniuriantes non raro terribus ingentem
vastitatem attulerunt. Melchior Nuguetius anno
millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo, die
octavo Januarii litteras e Coccino dedit, quibus deplo-
ravit apud S^tras in provinciâ Sanciorum, eluvione Apul. S.
horrendâ septem omnino urbes, præter pagos vicinos
plurimos perisse, tam pecore omni quam hominibus
submersis. Et ut constaret hæc fieri Deo vindicante,
multi aquas evadere conati, igne cœlesti sunt consumpti, residiū
septennis puerulus evasit.

Anno millesimo quadragesimelimo primo, quod In fid. In fid.
Ludovicus Guicciardinus narrat, in Batavia inundante In Bat.
mari septuaginta duo grandes pagi fluctibus repentinis
obruti sunt; supra centena millia hominum interierunt.

Plura ejusmodi provincialia diluvia, cum illo ge-
nerali orbis maximo conferri nequit, quod omnes tam homines quam animantes baſiunt. Noëmus
solus Deo visus est dignus, qui cum paucis servaretur.
Seryatus est in aqua anno toto & aliquot diebus. In
arcâ velut in hypocastio tutus abdebat. Nullam po-
tuit remigationis curam gerere. Deus erat navarchus,
Angeli remiges, his fidem, qui etiam in portu, al-
tos Armenia montes, felicissime deduxerunt.

Postquam igitur iussu divino terram subierunt aquæ,
Noëmo Deus præcepit: Egredere ex arcâ tu & uxor tua, Gen. 8.
filii tui, & uxores filiorum tuorum tecum. Egressus est Noë & filius ejus, uxor ejus & uxores filiorum ejus cum eo. Sed & omnia animantia jumenta & reptilia, qua reptant super terram
secundum genus suum, egressa sunt de arcâ. Hoc loco expo-
nendum, quæ ratione hic egressus velut è cenobio in-
stitutus sit. Deinde quomodo Noëmus se gratum Deo
exhibuerit, & mox ab egressu sacrificari.

S. I.

A fitmati verissimè potest, Deum anno toto toto-
que orbe terram non habuisse, nisi unicum mo-
nasterium; hoc in terra omnis ejus familia fuerat. Ne-
que verò monasterium illud incolis frequens & nume-
rosum.